Motivibus evasivis inhibitionibus et Divisatorijs ... Appellationibus ac earum prosequutionibus alijsque Omnibus in Vniversum iuris dijs et defensis Legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus ... suis ducens sibi abscribendo et abrenunciando sub amissione sui et suorum successorum litis et integrae causae.

Eiusdem Bonorum Podwierzbie et Domaszew Adscriptio.

Magnificus Franciscus Joannes de Obry in Włoczow Leszczowski Bransciensis Capitaneus Subdelegato in Locum Officij sui quo ad eum Actum tantum attinet Generoso Andrea Anselmo Szablowski Repositore Terrae Bielscensis Coram officio Castrensi Capitaneali Bransciensi et Actis praesentibus personaliter comparens Idem Magnificus Capitaneus Bransciensis sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia ipse inhaerendo inscriptioni certae per se recognitae Generoso Martino Jaworniczki super bona sua haereditaria in Villis Podlęże Zalezzew et Samogoszcza in Pallatinatu Sendomiriensi et Districtu Steziceni consistentibus cum quibusvis Omnibus attinentiis in summa Sedecem Millium florenorum Polonicalium modo obligatorio Coram actis Castrensibus Lublinensibus Feria Quinta ipso festo Sancti Valentini Martyris Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo Nuper transacto factae quam et praesentibus approbat eo quo in eadem inscriptione licet generalitate Omnia bona ad Podlęże antiquitus spectantia obligata sint et complectuntur ac comprehenduntur tamen ut generalitati specialitas quae ibi non est expressa in nullo derogari videatur Nunc exprimendo specialitatem quoniam in illa inscriptione Originali attinentiae Villarum Podwierzbie et Domaszew ad eadem bona Podlęże antiquitus attinentes non sunt expressae illam Originalem meliorando easdem Villas Podwierzbie et Domaszew cum earum attinentiis ad bona suprascripta Podlęże spectantes et sub nexum illius inscriptionis Originalis ac summae Sedecem Millium florenorum Polonicalium pertinentes subesse declarat et in illam inscriptionem Originalem insimul copulat ad integramque et indivisam obligationem ac solutionem summae Sedecem Millium florenorum modo obligatorio simul cum bonis in Originali inscriptione contentis tenendas declarat in eis nullo modo per se et per submissas personas impediet. Sub vadiis et legamentis in Originali inscriptione contentis. Actisque Officij eius.

Malinowo Zoltki Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Bransciensibus personaliter comparens Leonardus olim Stanislai Malinowski sanus mente et corpore existens publice ac libere recognovit. Quia Nobili Gregorio olim Joannis ...ski et ipsius successoribus Bonorum in haereditate Malinowo Zoltki